









*Bra. 2f. num. 15.*

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

# RATIONIBUS

DECIDENDI PARTIBUS

ET EARUM ADVOCATIS

NON TEMERE, AUT NON  
INTEGRE COMMUNICANDIS;

QUAM,

CONSENSU ILLUSTRIS ORDINIS JURIDICI,

PRÆSIDE

DN. IMMANUELE WEBERO,

*J. Cto., CONSILIA R. HASSO-DARMSTADT.*

*JUR. PROFESS. PUBL. ORDINARIO, HOC TEMPORE*

*FACULTATIS JURID. DECANO,*

PRO SUMMIS DOCTORUM IN UTROQUE

JURE DIGNITATIBUS ET PRIVILEGIIS

RITE CAPESSENDIS

Ad dies: XXII. Jul. MDCCXXI.

PUBLICÆ

EXCELL. D<sup>NN.</sup> PROFESSORUM

CENSURÆ SUBMITTET

JOANNES NICOLAUS RÜCKER,

MOENO-FRANCOFURTANUS.

GIESSÆ, TYPIS VIDUAE IO. REINH. VULPII, ACAD. TYP.

DISSESTITIO INUGGARIAE TRIDICER

DE

**YATAGINUS**

DECIDENDI PATRIS

ET FARNACIA CEST

NON TENERE ALTIION

INTERCOMITIUS

CONSENSU INSTANT ORBIS HIRDI

TRISTIDES

BINI MUNICIPIA UTERIO

YCO CONVENTUS HOC OPORTET

PRO SORORIS DE CULTUS ET FAMILIA

HOC DEDICATIONIS ET CEREMONIA

AD HOC HABEBIT

EXCEPTE PROFESSIONIS

CLAVES SUMMAT

JOANNES NICOLAI RICKE

MONSIEUR COLOMBES

TRISTIDES

1719.

1. Fenzl, ducos : De commodeis et incommodis  
ex adversione appellatiois in partes litigantes  
renuntiantibus. occas. pr. legis fin. C. de appella.
  2. Gossel, Ioh. Martinus : De eo, quod justum est circa  
rigilla universitatum.
  3. Grothmann, Melch. Nathmarus : Relatio collegio rebato.
  4. Kayser, Dr. Fredericus : De communione incidente
  5. Meierus, James Gottfridus : Theses photostaticae  
et paroemiam : Turischen bise Christi.
- 6<sup>ab</sup> 16 Weberus, Immanuel : De retractis nobilitibus impfe-  
rii immunitatis pro privilegiis Cassarca concess.
- 3 Bruct. 1719, 1722, & 1744.

1724.

- Weberus, Immanuel : De rationibus decidendi  
partibus et causam Advocate non tenereant non  
integre communicandi



1722.

1. Lutordius, Jacobus Lutordius: De domino vasallis  
vasallo. Rec. 1740

2. Petermann, Augustus Toller: De jure principum  
S. R. S. circa tutelam pacis ecclesiasticae 2 tom. 4

1722 & 1745

3. Weberus, Imman.: Lecta processus summarie,  
ejusdem naturam et differentias ab ordinario, ex usu  
fri Sachoviæ Electorale indicantia.

1725.

1. Grus, Lud. Lv.: De legibus et statutis cuiuscumlibet  
reipublicae proutque applicantur, et de jure recentiori  
a constitutionibus imperii statutis competente.

2. Grus, Lud. Th. W. L.: De jure S. R. S. publico  
un scripto, v. agr d. H. R. R. Herkomm.

3. *Kayserus, d. T. Toscana: Relatio acquitatis  
Europae*

4. *Wiborn, Immortal: De jure S.P.T. publico non  
scripto*



*A SON ALTESSE  
SERENISSIME  
MONSIEUR  
LE PRINCE  
JEAN  
ERNESTE,*

Duc de Saxe , Juliers , Cleves  
Berg, d'Angrie & Westphalie,  
Landgrave de Turinge , Margra-  
ve de la Mishie, Prince & Comte de Henne-  
berg, Comte de la Marc, Ravensberg,  
Sayn & de Witgenstein,  
Seigneur de Raven-  
stein &c. &c.

*A 2 MON-*

MONSIEUR  
LE PRINCE  
JEAN  
ERNESTE



A Grace, que VO.  
TRE ALTESSE  
SERENISSIME  
m'a faite, de m'accorder Sa Pro-  
tection

tection pendant le Séjour, que j'ai  
fait à Saalfeld, où j'ai été un an &  
quelques semaines, pour profi-  
ter des fideles Instructions de  
Monsieur Schneider, JCte Cele-  
bre & Conseiller de plusieurs E-  
tats de L'Empire, & la Bonté, que  
V.A.S<sup>me</sup> a euë, de me permettre  
par un Privilegié particulier, d'avo-  
casser dans tous SES Etats, m'a-  
voit porté, à LUI dedier les pré-

A 3      mices

bona oic

mices de mes Études académi-  
ques ; mais un malheur assez con-  
nu , dont ma famille a été acca-  
blée , m'a retenu dans le Silence  
six ans consécutifs.

Animé du même Zèle , je  
prens la liberté d'offrir à V. A. S<sup>me</sup>.  
cette Dissertation , indigne , à la  
verité , de SON attention.

Mais Sous quels Auspices  
pouvoit

92) 7 (25)

---

pouvoit elle plus dignement pa-  
roître en public , que Sous ceux  
d'un PRINCE aussi Genereux ;  
que V. A. S<sup>me</sup>, QUI s'est decla-  
ré mon PROTECTEUR .  
Hûreux , si les Veilles , que j'ose  
consacrer à V. A. S<sup>me</sup>, ont le bon-  
heur , de ne LUI pas deplaire !  
hûreux , & trois fois hûreux ! Si par  
un attachement inviolable à SON  
Service je puis étre l'objet de SA  
precieuse

PRO

precieuse Bienveillance, & LUI  
témoigner la profonde Révéran-  
ce, avec laquelle je suis

**MONSEIGNEUR**

**DE**

**VOTRE ALTESSE SERENISSIME**

le très humble, très obéissant  
& très obligé Serviteur

**JEAN NICOLAS RÜCKER.**

**PRO-**



## PROOEMIUM.



**D**uo, tres, quatuor, imò plures, dum faciunt idem, non tamen semper est idem; id quod, teste veritate & experientia, ut in aliis quotidie continet: ita quoque elucet ex Actis forensibus. Rationes, quibus cause & lites deciduntur, sive ab integris Collegiis, sive à privatis Doctoribus (*A*) sape quam multum

**B**

anter

(*A*) Hac occasione lubet tangere quæstionem: *An privati aliqui jus Doctoris sententia eundem effectum habeat, quem habet sententia Collegii juridici?* Sunt qui affirmant, & quidem ex hisce rationibus, quia (*a*) pluribus æque minus ab errore cautum, ac uni, dum Rota & ipsa sèpiuscule rotat: i. e. errat. Nevizan, *Sylv. Nuptial. Lib. V. n. 62.* Quia (*b*) egregii Doctores privati nonnunquam feliciter contra integrum Collegium ar-

ma

inter se distare. Solent enim alicubi nimis esse breves, & nec Legem, nec Doctoris alieujus autoritatem allegare, sed dictorio velut more & pro imperio decernere, cum tamen JCtus sine Lege loquens erubescere debeat. Ali quando videoas, non nisi per brocardica & generales regulas responderi, quem pauperum Doctorum morem recte vocat *Ib. Trivis. Lib. I. Decis. in prefat. n. 1.* Alii in alterum extremum incurrendo, plaustra Legum atque auctoritatum, etiam in assertis luce clarioribus, & per se sat evidenter, accumulant, ut eo spissius evadat opus, sat ampla deinceps mercede redimendum. Et, quid de iis dicam, qui *Rationes decidendi sententiae inserunt?* Non recte id fieri existimo, tum quod ita partium Advocatis post publicatam sententiam ansa cavillandi praebetur; tum quod pricis JCtis id non fuit in usu. Sic Scavola ad longam facti speciem in L. 18. *J. fin. de Ann. legat.* uno verbo respondit: *Competere. & L. 20. in pr. cod. secundum ea, qua proponerentur, deberi.* Et hæc con-

cilia

ma induerint, & (e) quia etiam privati Doctores de jure respondendi facultatem obtinuerint. *Gomez. ad Tit. Inst. de Action. §. 2. n. 6. Wesenb. Lib. I. Conf. 19. n. 63.* Sunt viciissim qui negant, quibus & ego calculum adjicio, in conflitu ad contraria responsurus e. *Confer. Gail. 1. Obs. 33. n. 3. Fr. Stypmann. de Referendar. C. VII. n. 189.* Laudabilit: r Potentissimus Rex Porosiss: Es sollen keine Acken mehr zum Spruch an Privat Doctores, sondern an ganze Juristen Faculteten und Schöppfen Stühle des vielen Missbrauchs halber verschickt werden. Neu Justis Reglementa Art. 1.

cisa ratio præ reliquis placuit Scævolæ in L. 44. ff. de receptis, qui arbitr: L. fin. de Reb. dub. L. 122. §. 4. de Verb. Oblig. (B) Apparet inde, ni fallor, sat abunde, ut fieri sollet, etiam quoad hoc argumentum non omnibus idem esse judicium; Præterea non indignum meditatione & discussione videtur *q̄nua: an*, quod communiter propemodū ita fert judiciorum Praxis, Rationes Decidendi Partibus & earum Advocatis promiscue & indiscriminatim, *an vero,* & quatenus sub certo saltim modo, iisdem sint communi-  
candæ? Hujus itaque argumenti accuratior investiga-  
tio cum sit eo magis necessaria, quo frequentius & gra-  
vius in judiciis hoc in passu peccatur, non abs te fore cre-  
didi, si, loco Thematis atque Speciminis, Inaugurali Di-  
sputatione id ipsum præ aliis discutiendum mihi sumse-  
rim, & Eruditis ad examinandum stiterim, Faxit Deus  
feliciter!

## B 2

## SUM-

(B) Plura exempla collegit Stypmann, l. c. Cap. VII. n. 333. seqq.  
Ubitamen obiter notamus, non satis distincte loqui vitum do-  
ctum, quando generaliter pronunciat: *?Ctorum Collegia, ubi de-  
cisive loquuntur, non opus habere, ut rationes allegent;* Sed posse,  
*omissa carum enumeratione, simpliciter sententiam expovere;*  
*eamque esse omnium Doctorum opinionem, ex Afinio, Process. iu-  
dic. §. 25. n. 1. Ant. Mar. Corat. Lib. II. Comm. Opin. Tit. 9.  
Cas. 2; num. 129.* & ex Praxi probare conatur. Aliud enim est,  
Rationes Sententiae inscrere, & aliud, eas separatim sententiae ad-  
dere. Prius non licet; licet tamen posterius; imò juste a ju-  
dicibus, si velint, exigitur; si nolint, id ipsis liberum manet;  
quemadmodum, ut audivi, si quando ex Ducali Dicasterio Au-  
rifici, Frisiae orientalis, Acta ad illustrem hancce Facultatem  
missa veniunt, nunquam rationes, sed sola sententiae expertuntur.



# SUMMARIUS DISSERTATIONIS CONSPECTUS.

- §. I. Oeconomia Dissertationis,
- §. II. Status Controversiarum,
- §. III. Rationes dubitandi.
- §. IV. V. Rationes decidendi.
- §. VI. Thematis & per limitationes vberior declaratio.
- §. VII. Resolutio dubiorum.
- §. IIX. Dissertationis Epilogus.

## APPENDIX

Ex Dominici Arumai Decisionum Lib. II. Decis. prima,

§. I.

## I. I.

**M**ethodus elaborandi Themata Juridica varia est, nec unis legibus adstricta. Tractationem per causas qui perstringunt, vel ex petulantia peccant, vel ad profunditatem argumenti penetrare se posse desperant, ipsaque re id profitentur. Quid enim est scientia solida, nisi cognitio rei per causas? Ab hac qui alieni sunt, superficie aliquid in chartam conscribendo, rem bene se gessisse sibi persuasum habent. Id equidem concedimus, non superstitione hujuscemodi tractationis ordinis semper inherendum esse; cum simplicia aliam, aliam item conjuncta seu composita, aliam deniq; mixta discutiendi rationem requirant; ideo tamen nemo vituperandus est, si cui lubitum fuerit, materiam quamcunque juxta seriem causarum pertractare, id quod hujus methodi osores per scuticam causalem torqueant. Durch die causas durch peitschen improbe nominant. Nostra disputationis argumentum, dum ad forum & praxin indubie spectat, eidem convenienti economia sic pertractabimus, ut, praemissu statu controversia, visis Rationibus dubitandi, decidendi causas subiectamus, tandemque dubiis, contra nostram sententiam obmotis, uerum incidamus.

B 3

I. II. Quæ-

## I. II.

Quæstio itaque est: An Rationes decidendi partibus, aut earum Advocatis, & quidem vel ab ipso Judice, vel à Facultatibus, quæ Acta expediverunt, sint communicandæ? In utramque partem à Magnis Jctis eam disceptari notum est, & ex sequentibus mox adparebit: Imo vero nimis faciles hac in re esse multos Judices quis ignorat? Et memini, me aliquando in Actis, coram Ducali quodam Dicaesterio ventilatis, legisse, quod partes citatæ fuerint, non tantum ad sententiam, sed & ad rationes decidendi audiendas. Sed sine dubio rectius atque tutius agunt Judices, qui, contrarium tenentes, Rationes decidendi & dubitandi quidem à Facultatibus Juridicis exigunt, ut ex iis cognoscatur, an litigium diligenter ponderas verint, & sententiam Actis juriique conformem dixerint: Conf. Autor. *Discursus von Jußitien v. Werck/ pag. 55.* Winther, l.c.n. 15. non tamen temere, aut saltim non integrè partibus aut earum patronis easdem communi cent.

## I. III.

## §. III.

**E**x eorum numero, qui nobis in hac causa adversum tenent, nominare licet vel maximè JCTorum alias illustre decus, B. Brunnemannum, cuius momenta prout, *Process. Civil. Cap. XXVII. n. 22.* item, *Cent. V. Decis. 60.* habentur, nervosè recensuit & excusavit Dn. Lynckerus, *Decis. DCCCCXIV. (C)* Breviter autem huc redeunt, quæ Brunnemannus, pro stabilienda sua sententia, profert: quia (I.) si justa & sufficiens ratio desiderandi existat, expressione ejus lices potius amputentur, quam protelentur, & nisi litigans, aut ejus Advocatus, ab honestate vel concordia fuerit plane alienus, tali rationi sit adquieturus. Quia (II.) ipsa pars victa, rationibus convicta, facilius cessura sit. (III.) Quodsi autem omnino pars velit appellare, non omnia puncta, quæ in prima instantia otio-

sc

(C) Obiter noto, Dr. Lynckerum fautoribus hujus asserti, d.  
l. etiam accensere Dav. Mevium; *Part. II. Decis. 385. n.  
n. 4.* Error in allegando facile committitur; sed dubi-  
tare licet, an hujus JCTri ea mens unquam fuerit; si  
quidem contrarium ex *Part. III. Decis. CCLIV.* pater, ubi,  
non communicandas esse partibus literas judicis inferioris  
ad superiorē, eti causam concernentes, recte statuit,  
& quidem ex hac ratione, quod non siant pars Actorum;  
que ipsa etiam caula est, quod rationes decidendi par-  
ibus litigantibus non sunt concedendæ.

se disputata, repetere opus habeat, sed ista tantum, in quibus ad decisionem adhuc aliquid supersit, hocque modo lites minuantur; (IV.) Quia judex, & Collegium Juridicum petenti Judici rationes reddere teneantur, prout experientia nuperus doceat Imperii Recessus, Art. LX, seq. (V.) Quia etiam Collegio Juridico licet consilium suggerere, & consilienti parti respondere. Quia (VI.) Judices ipsi rationes sententiae quandoque inserant, eoque casu, facta publicatione, ad partium notitiam perveniant; quod cum non sit prohibitum, ecce cur stare prohibeatur? & quidem (VII.) cum maximè, quando communicationem rationum vicit, contra Appellantem devictum, seque in Appellationis instantia ulterius defatigaturum, urgeat. Vid. Lyncker, *Dict. decis.* DCCCCXLV. p. 429.

## §. IV.

Audiendus nunc etiam Carpzovius, &c, quid iste in contrarium adferat, ita scilicet comparatum, ut assensum ipsi denegare omnino nequeamus. Præmittitis, id quod indubitati juris est: (I.) Subsistere sententiam, ex Responso Collegii Juridici latam, quantumvis ratio decidendi nulla eidem fuerit inserta vel addita. (II.) Sententiis autem informatoris rationes omnino addendas esse, ut sciant litigaturi, quid sibi expectandum sit (III.) Posse adigi Collegia Juridica, ut *judici* petenti rationes sententiae à se latæ manifestent. Aliter autem (IV.) se rem habere

habere cum *partibus*, utpote quibus ea simplieriter dene-  
gandæ; ubi graviter monet: quodsi unus vel alter liti-  
gantium in judicio sententia ad pronunciatum J<sup>C</sup>torum  
latæ rationes ab iis exigat, non modo exhibere eas ob-  
strictos non esse, sed, & occultare teneri, ne pars  
una, de rationibus pronunciati informata, aliam facilius  
vincat, telis sibi suppeditatis abiis, qui sententiam dixe-  
runt. *Vix enim* ( ita pergit ) *inficias ibit quisquam*,  
*J<sup>C</sup>tos de juribus partium respondentes iis simul patro-  
cinari, si rationes aperuerint, ac per id consilium dede-  
rint; *quod non modo foret contra juramentum ab Assi-  
storibus prestitum, sed & iniqua hinc proflueret confusio  
Judicis & patroni, quorum officia ab invicem non parum  
distant.**

arg. I. Julianus 17. ff. de judic. I. qui Jurisdiction, ff. de juris-  
dict. omni. jud. I. nn. C. ne quis in sua caus. Franc. Vi-  
vius, Decision. Neapolitan. L. II. Dec. CCXXXIII. n. 2. 3.  
Carpz. Proces, Tit. XVI. Art. I. §. 8. n. 74 seqq.

## §. V.

Præterea adhuc sunt, quæ movere debent, ne  
partibus, & earum Patronis, in communicatione has  
gratificetur, id quod ii facile perspicient atque profite-  
buntur, quibus Acta vel in Judiciis, vel in Collegiis Ju-  
dicis frequenter ad manus pervenient. Datur enim  
Advocatis occasio cavillandi, lis ex lite generatur, &,  
dum non habent, quo sententiam impugnant, Rationum

C unam

unam vel alteram in dubium vocant, traducuntq; si non  
veritatis, attamen litigandi amore, & quo condemna-  
tionis effectus retardetur. Addo, quod in novissimo Im-  
perii Recessu, Art. LX. LXI. prudentissimè provisum  
sit, Judices inferiores, à quorum sententia appellatur,  
Rationes decidendi clausas & obsignatas ad Judicium  
Camerale debere transmittere, ut ibidem tamdiu in cista  
peculiariter ad id destinata adservari possint, donec Refe-  
rens eorum inspiciendarum copiam desideraverit. Verbis:  
Das der Judex à quo seine Rat. decidendi zum Cam-  
merer Gericht verpischt einschickt / ic. Und sollen  
dieselbe / in eine sonderbare hiezu besellte Truhen/zu  
deren den Collegio der eine / und den Lesern der ande-  
re Schlüssel zuzustellen / so lange aufgehalten wero-  
den / bis der Referent desselben vonnöthen haben wird.  
Quzsumus, hæc quem in finem ? Ne scilicet earum con-  
tentia litigantibus ad notitiam perveniant, eisque detur  
occasio, istas rationes calumniandi. Jac. Blum. Proces-  
Camerat. Tit. LII. n. 5. (D) Breviter omnia complexus  
est Dn. de Lyncker, cuius verba adponere non tñdet; Dies  
weil

---

(D) Quando & deūa scribit : *Judices inferiores obstrictos  
esse, ut partibus, si quando ad Cameram provocare,  
petentibus Rationes decidendi communicent, si lo-  
Camerali adversum est. Exiguntur quippe à Judice in-  
feriori, etiam per Compulsoriales. Roding, Pandest.  
Jur. Cameral. L. I. Tit. 25. n. 21. Dn. de Ludolff, Jr.  
Camerat, p. 61. 25. 198. Blum. I. c. n. 6. seq.*

weil aber/aus mehr erheblichen Ursachen die Observans  
ben denen dicasteris zu        beständig einge-  
führt / dass allein dem Judicii requirenti die Rationes  
zu erstatten ; Und über dieses / wann es geschichtet/  
nicht auch dem einen Theile dieselbe mitzutheilen ; o-  
der auch / wenn der Jüdex sie nicht begehret / hinter  
dessen oder des Gegenparths Wissen/dem einem Thei-  
le nicht damit zu gratificiren ; bevorab daraus ein  
Ansehen einer Parthenlichkeit entstehet / da doch das  
Collegium sich loco judicis verbält : dahero auch im  
R. A. de Anno 1654. ausdrücklich versehen / dass dem  
Richter / so die Aeten eingeschickt / die Rationes des  
gesprochenen Urtheils ausgeantwortet werden sollen.  
So mag der einen Partheie mit dergleichen Ausstel-  
lung nicht gewillfahret werden. Gestalt auch hinwies-  
der Brunnemann , Mevii und anderer Rationes nichts  
erheben: Dicht. Decis. 945.

## §. VI.

Tametsi igitur , uti hactenus demonstratum est ,  
integre Rationes edi partibus earumque Advocatis non li-  
cet : fieri tamen posse à judice , & quidem salvo ejus of-  
ficio , existimō , sicuti fortè circa membrum aliquid sive  
punctum sententia litiganti dubium nascatur , vel obscu-  
rum quid videatur , ut petenti ex ea parte dilucidationem  
subministret . Licet enim , quantum pote , sententiae de-  
beant esse claræ perspicuae , atque certæ , §. 32. Instit. de

C 2                      Action.

*Action.* Stypman. *de Referendar.* Cap. VII. num. 355. fieri tamen aliquando potest, ut aliquid in Rationibus, non item in sententia, specialiter expressum reperiatur: v.gr. ratione fructuum, aut expensarum, ut incertum sit, an frumentus generaliter restituendi omnes? aut cur expensis compensatae fuerint? & ita in similibus; Jure dubium non est, posse, imo debere Judicem partibus ambigentibus ex Rationibus succurrere. Quod si enim declaratio sententiae à Collegio Juridico, quod eam concepit, licet peti potest: non apparet causa, cur non ipse judex, ex Rationibus decidendi informatus, idem possit, debeaturque, maximè ut lites abbrevientur, & sumtibus parcat. Ejus sane est interpretari, qui dixit, nempe judicis, Autor Discursus Rom. Justitiæ. Werck. p. 34. Matthæ. de Afflict. Dec. 331. Dd. in l. 6. C. quomod. & quand. judex sent. ic. arg. l. 9. C. de lib. caus. l. 1. C. de sent. & interloc. secusest, si pars una vel altera à Collegio Rationes decidendi expiscari, vel per importunitatem exigere velit; id in ejus arbitrio possum non est, cum facile prævaricationis suspicionem incurrire possit; quemadmodum mihi narratum fuit, annis abhinc non ita multis insulsum quendam, nec Latina callentem, Notarium, tum temporis spectabilem hujus illustris Collegii Juridici Decanum, adiisse, & Racede (sic enim legebatur ex schedula) i.e. Rationes decidendi, ad sententiam ibi latam, zum ersten / zum andern / zum dritten mahl / scil. instanter, instantius, instantissime, exegisse; sed responsū loco tulisse: Und wann ihr die Racede tausendmahl hettet/

tet / so wird doch nimmermehr was draus; Ihr knt aber nach Darmstadt gehen / und vernehmen / ob es Ihr Durchl. gndigst befehlen lassen.

## §. VII.

Superest, ut paucis adhuc videamus, quid in recessu habeant ex Brunnemanno supra adducta rationes atque momenta, quibus Carpzovii sententiam, nostro calculo munitam, impugnare tentavit. Regerimus idcirco ad primum & secundum: Sperari quidem posse imo debetri, ab Advocatis & Partibus conscientiosis, atque temeraria litigia detectantibus, ut, post rationes decidendi ob oculos positas, siquidem justae solidae fuerint, a lit  de- fistant. At enim vero haud dubi  quidem id inter pia, vana tamen B. Viti, desideria referendum, ex quo Rabulisticae artes quotidie magis magisque invalescunt; quin & plerisque partes ipsae, ex rixandi pruritu, cotdatis licet Advocatis & bonis viris autes non pr bent, neque fida eorum consilia sequuntur; ut adeo raro aut nunquam tam plana & efficax ratio a judice vel a Collegiis Juridicis dari possit, quae non ad censuram vel strigilem vocetur, atque impudentissime theonino dente radatur. Ad tertium idem pen  redit monitum. Advocatus, si probus, & Jureconsultus, facil  solus inveniet, in quo vel in quibus punctis sententia gravatorialis contra Jus & factum, breviter contra Acta, impingat, adeoque Rationum manifestatione opus non habet; sin autem improbus &

C 3

ca-

calumniator, eo facilius occasionem arripiet, unum vel alterum ex iisdem atrodendi, quod forsitan ex suo pte ingenio penetrare aut obmovere non potuisset; Ad *quartum* adparet, consequentiae rationem hic deficere; siquidem non idem parti licet, vel ejus Advocato, quod Judici, neque ad idem Jus isti habent, quod Judici competit, utpote cui Rationes decisionum, sicuti non adjectæ, petenti à Collegiis Juridicis nunquam denegari possunt, prout in antecedentibus id jam demonstratum est. Porro, ad *quintum*, diversissimæ esse patet, si quando judex vel pars ejusque Advocatus privata Informationis gratia, Consilium aut Responsum aliquod à Facultate expetunt: &, si Acta à Judice ad Collegia transmittantur. Ibi licet, quod hic prohibitum. Ad *sextum* progrediendo, itidem jam ex præcedentibus pater, morem eum, licet forte alii cubi ex vitio seil. reeptum, non probati nec probandum esse, dum Rationes decidendi sententiae inferuntur, & ad partium notitiam pervenient. Prohibitum id omnino esse, quin ubique prohibendum, ex supra dictis erit manifestum. Denique ad *septimum* adducta ratio mentem B. Brunnemann necquidquam juvat; neque præcedentibus adminiculari ullo modo potest. Obstant enim generales, in negativam allegatæ, rationes: victoria, in secunda Instantia, potest adhuc anceps evadere; Rationes decid. & dub. ex nostra quidem sententia, non sunt partes Actorum, &c., &c.

## S. VIII.

§. VIII.

Potuissent hæc omnia , imò vel debuissent prolixius  
ventilari ; sed quia temporis angustia exclusus fui , & ob  
praxim forensem , mihi vix tantillum temporis , nec lon-  
giores moras necētere , relictum fuit ; itaque B.L. ve-  
niām mihi dabit , & centone hoc subitancō conten-  
tus erit . Quoniam vero , ex eo , quo lineolæ hæ pre-  
lum jam subierant , antea nunquam visa Decisio cele-  
bris olim Academiæ Jenensis Antecessoris , Dominici A-  
rumæ , ad manus pervenit , eaque ad rem præsentem  
in plerisque adprimè facit ; ad uberiorem Thematis  
dilucidationem , per modum Appendixis , in  
gratiam Lectoris , eam subiectere  
placuit .

APPEN.



# APPENDIX,

Ex  
DOMINICI ARUMÆI  
*Libro II. Decis. I.*  
Sententia.

**N**at Titius in einer wichtigen Sachen albereit vor  
lengst eine rechtliche Klage erhoben/ darneben hinc  
inde von beyden Theilen Beweiss / und ein grosser  
Procesz nach der lenge geführet worden / bis darauf  
endtlichen neulichst eine dissinitiva, vor beklagten wie-  
der Klägern/ gesprochen/ und in Judicio inferiori vom  
Ampeschösser eröffnet worden. Ob nun wol pro sen-  
tentia Judicis præsumiret wird / und der Richter ratio-  
nes & causam dem Urtheil zu inseriren nicht schuldig :  
Dennoch aber/ wofern euren Bericht nach / die ange-  
regte Sentenz vim rei judicata noch nicht erreicht :  
Sondern/ durch eingewandte Appellation, suspendirt/  
so sind die Concepiores angedeuter Sentenz/ Ampeschö-  
sser und Pflichts wegen/ auch zu Erhaltung ihres Colle-  
gi reputation, auf Anhaltung des Titii und Darlegung  
der Gebühr / Rationes decidendi dem Judici (Welcher  
nach

nach Gelegenheit dafsals in seinen Nahmen dieselbe zu  
begehren verpflichtet) zukommen zulassen schuldig :  
Und außn Fall der Richter/ oder auch die Concepto-  
res, sich dessen verweigern wollen/ würden sie von ihrer  
Obrigkeit/ darunter sie gehörig/ mit Ernst darzu nicht  
unbillig angehalten V. R. W. Anno 1610. Mens. April.

## RATIONES,

Quæ nos in hanc sententiam permoverunt, has ha-  
buimus :

### I.

Quia vel justa, vel injusta causa ad Cajum absolvendū inducti sunt. Si justa, pandere eam utilissimum  
litigantibus fuerit; quia ejus expressione facilius eorum  
animus pronunciato acquiescat; Nevizan, lib. 5. *Sylv. zupt. n. 67.* tum honorificum ipsis consultis fuerit; quod  
non, quid ipsi velint, sed quid lex & religio cogat (ut pro  
A. Cluent. Cicero loquitur) pronunciasce ipsoſ pateat: Si  
injusta, nec eam potentibus denegare debent, quia fa-  
tius est, ejus expressione ad emendationem sententiaz per-  
veniri, quam ipſorum negligentia (que non raro propter  
multitudinem negotiorum veniam mereri solet. Alex. Rau-  
dens. vol. 1. *Respons. 50. n. 212.*) Jure suo alterutrum litigantium excidere, ruboremque haud illis incutiet, quod  
erroris convicti in melius reformari suas sententias con-  
tingat. Nam & hoc veteribus illis JCtis accidisse con-  
stat, qui ingenue se corrigi passi sunt. Ut Julianus, in l.  
19. *J. ult. ibid. Cujac. ff. ad SCtm. vellej. Papinianus, in l.*

D

ult.

ult. §. sed cum. C. de furt. scripsitque nostri juris egregius  
instaurator Justinian, nostras leges emendare nos non piget.  
Nov. 127. in pr. & alibi: non enim erubescimus, si quid me-  
lius etiam horum, que, ipsi prius diximus, adinveniamus,  
hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctio-  
nem, nec ab aliis expectare, corrigi legem. Nov. 22. in pra-  
fat. Quare & Cicero graviter ait: nunquam prestantibus  
in Republica gubernanda viris laudata est in una sententia  
perpetua mansio, quorum si vestigiis cursum nostrum inten-  
dere, quod debemus, cupimus, non ingratum erit ea, que  
vel inepie, vel minus verè in hac vel illa specie senserimus,  
ab aliis placide corrigi. Est enim, ut Justinianus ait, quod  
omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare,  
divinitatis magis quam mortalitatis sit. in l. 2. §. si quid au-  
tem 14. C. de veter. Jur. enuc. Nimiris perverse seipsum  
amat (scribit August. in Epist. ad Marcell.) qui & alios vult  
errare, ut error suus lateat: quanto enim melius & uti-  
lius, ubi ipse erravit, alii non errent, quorum admonitu er-  
rore careant. Vos, qui me mulcum diligitis, si ralem me  
adseritis, ut nunquam in scriptis meis errasse dicatis, fru-  
stra laboratis, non bonam causam suscepistis, facile in ea, me  
ipso iudice, superamini: quoniam non mihi placet, cum à  
meis charissimis talis esse existimor, qualis non sum &c.

## II.

Si legis auctoritas ita à ratione dependeat, ut sine ea  
legis nomen metiri non possit. l. quod non ratione 39. ff.  
de LL. Unde & ejus anima esse perhibetur. arg. l. cum pa-  
ser. §. dulcissimis ff. de legat. 2. l. adigere. §. quamvis ff. de  
jur.

*Jur. Patron.* Roland. à Vall. quæst. 4. n. 1. de *Jur. dot.* Anton. Massa Galeſ. lib. 1. de *exercit.* *Jurisp.* n. 44. Sanè nec sententia autoritatem ullam, nisi rationibus munita fuerit, habebit: Ea enim legibus conformis esse debet. *I. se expressim.* 19. ff. de *appell.* *I. 2. C. quand.* *pro vocar.* non est *necess.* Quo autem modo id litigantes, si rationum redditio negetur, scire poterunt? nam ut maxime consulentes affirment, sententiam actis & actitatis conformem esse, cum tamen per eorum negare vel affirmare veritas non immutetur, Pacis à Scal. lib. 4. de *confil.* *Sap.* 20. Anton. Maria Corat. lib. 2. *Commun. opin.* tit. 8. *inspect.* 2. n. 7. & seqq. haud sanè aliter dubitantibus sua pronunciationis fidem facient, quam expositis, qua eos moverunt, rationibus, utque desinant suspicari (ait Pacis à Scala, lib. 3. de *Confil.* *Sapient.* c. 20.) illam iurium omissionem vel impetratiæ negligentievè specimen, vel iniqui fortè affectus velum quoddam esse. Eleganter etiam Oldendorp. in *Adser.* *jur.* 2. in fin. quemadmodum moneta non signata ab omnibus habetur suspecta (*inquit*) & adulterina: Ita Judicis sententia ab omni ratione nuda multò magis erit suspecta: & stimabiturque iniqua & inanis. *I. eleganter.* S. qui reprobos. ff. de *pign.* *act.* *I. quoniam ha.* *de suspect.* *tutor.* *I. qui testamento ff.* *de excusat.* *tutor.*

## III.

Ut silentio involvamus, non auctoritate proferentiū, sed legibus & rationibus causas & sententias metiri oportere, Joseph. Ludov. *Decision.* *Lucens.* 52. n. 13. Jo-  
han. Baptis. Mangon. c. 43. n. 14. in *Cynosur.* *advocat.*

D 2

Erube-

Eribescere enim JCetus debet , si sine lege c. consideremus . s. Nov. 18. l. illam. ibi notata C. de collation. aut ratione loquatur. Corat. d. lib. 2. commun. opinion. tit. 9. cas. 22. n. 122. Nam, ut Plutarchus, in Moralibus ait, non sic parendum est auctoribus , quemadmodum pueri obtemperant pedagogis : sed, quemadmodum Cato, qui puer quidem pedagogo jubenti parebat, sed rogabat, quam ob causam id juberet ; Ita fides habenda est de jure respondentibus, si causam idoneam non reddiderint. Nec probare soleo, scribit Cic. i. de Natur. Deor. id, quod de Pythagoreis accepimus, quod ferunt, si quid affirmarent in disputando, cum ex iis quereretur, quare ita esset, respondere solitos, ipse dixit. Unde & nostri passim tradunt, quod Doctori, etiam excellenti, nihil alleganti, non credatur. Roland. à Valle Vol.2. consil. n. 187. Silvan. Consil. 25. n. 28. Quin si interdum dubium est, an credatur litteris Principis (ut ajunt) patentibus, affirmationibusque in eis contentis, Gvid. Papæ Tractat. re-script. & clausul. in verb. quæro an credi debeat ? ac interdum in quæstionem ponitur, an credatur nuncio, cui fidem adhiberi proprium est. Butr. & Panormitan. in c. cum paraï. de appell. Balb. decis. 227. quomodo simplici & nudæ concipientium affirmationi, in alterius præjudicium, fides præstabitur ? Pacis à Scal. lib. 4. de consil. Sapient. c. 20.

## IV.

Et ideò non immerito nostrorum voto in hoc itum :  
 si Collegium dolo aut culpa. l. consili. de R. f. idemque f.  
 si quis ea f. mandat, vel etiam imperitia male judicaverit,  
 pena

pœna dignum esse , quoniam imperitia in eo , qui peritiam profitetur, culpe annumeratur. *I. imperitia*, de R. 7.  
*S. præterea. Inst. de L. Aquil. Specul. Verb. Consiliarii. De re- quisit. consil. Pacis Scala*, lib. 4. cap. 23. Utque quod aliis perperam consuluerunt, in eorum caput tendat, juxta id, quod Romæ de perfidia Haruspicum Etruscorum à pueris, Gellius , lib. 4. Noct. Artic. 5. cantatum refert ; Maelium eonsilium consulti pessimum. Est enim, ut Graci dicunt, Saera quædam res eonsilium, quod ut libenter accipiendum , cum res postulat , ita & religiose citraque fraudem dandum, si quis egeat, alioquin non defuturum Numen, quod pœnas repetet ab eo, qui rem sacram ac divinam perfidia violarit. Erasmus, *Chiliad. 1. centur. 2.*  
*Adag. 14.* Quare & Speculator, d. loco pœnam excommunicationis consulenti fraudulenter, tanquam sacrorum contemptori, ut & officii suspensionem & infamiam imponit : Per imperitiam verò lapsō id, quod interest, injungit. *Pacis Seal. d.c. 23.* Quare & in casu nostro, aut pronunciati sui rationes petenti Titio dabunt, aut ut dolore vel imperitia lapsos pœnis supradictis se constringi, non iniquo animo ferant.

## COROL-



## COROLLARIA MISCELLANEA.

- I. *Jus Naturae est dictamen rectae rationis super socialitatem reflexum.*
- II. *Conjugia fratrum & Sororum non sunt contra Ius Natura.*
- III. *Conjugia Iuvenis cum vetula Iuri Naturali adversantur ; licita vero sunt senis cum Iuvencula.*
- IV. *Damnamendum matrimonium juvencula cum Eunuco.*
- V. *Circa homicidia Principi dispensatio denegatur.*
- VI. *Anima, quia spiritus est, in sicco habitare non potest. Caus. 32. qu. 4. Cap. 9.*
- VII. *Podagra curam non adsperrnendam reperies in Iur. Canon. de Consecr. Dist. 5. cap. 30.*
- VIII.

IIX. *Iuris peritia absque prudentia nihil est.*

*Non illa, sed hac I Ctim facit.*

IX. *Sape quis licetè lati potest, sed non sens.*

*per honeste. Non enim tantum viden-*  
*dum, quid alter pati possit; sed poti-*  
*us, quid, salva honestate & conscienc-*  
*tia, facere debeamus.*

X. *Iudicis pariter atque Advocati est, in cau-*  
*sa in primis dubia, partes ad transactio-*  
*nem adducere.*

XI. *Utrumque recte dicitur: Communicare*  
*aliquid alicui: & cum aliquo.*

RÜCKERUS

RÜCKERUS dum JURA fovet , RATIONIBUS  
auger,

Tangi quas non vult commaculante manu.  
Non igitur miror , si SUMMOS JURIS HONORES  
Alma THEMIS facili mente manuque dedit.

Nobiliss. & Clariss. Dno. Candidato  
cum voto omnigenæ prospes-  
titatis apposuit.

M. D. GROLMAN ,  
Prof. Jur. Prim. & Academæ  
Cancellarius.

IMPIGRÔ , RÜCKERE , sacræ conaris ad arcem  
Sublimem Themidos strenuus ire pede.  
Nisibus applaudo . Præcelsa cacumina scandes ,  
Purpureumque brevi sic Diadema feres.

In benevolentia tesseram  
adponet

PRÆSES.

Aurea

A Urea sit ratio vel plumbea iudicis, ipsum  
Quae mouet, ut caussa hic vincat & ille cadat:  
Celatur tamen, & partes ratione carere,  
Non lex, non ratio, curia mosque vetant.  
O mala, nec semper rationi, praxis, amica!  
Cur aperit caussas philosophia suas?  
Cur, bene Theologus vel si male sentiat, audet  
Diceret: cur medici cum ratione necant?  
Heu Themidem coecam! soli cui lumen ademptum est;  
Et quam, eur statuat, prodere forte pudet.  
Sed tua res salua est: legem hanc prudentia sanxit,  
Ingratum rabulis vulturibusque modum.  
Nec semper index rationem occultat, auari  
Sed cum caussidici techna dolusque patent:  
Emunctorque moram cauet insidiasque clienti,  
Aut melius, caussas quod tegat, esse videt.  
Quam bene, Tu RÜCKERE, doces, qua rectius itur.  
Quaque sit in dubio norma sequenda foro:  
Discrimenque simul monstras, & tradis aperte,  
Cautio iudicibus quae sit habenda bonis.

E

Nce

Nec mora: Te merita lauru praecingit alumnū,

Inque suo condit iam *Themis* alma finu.

Si iudex olim fies, hoc mente tenebis:

*Dicere saepe nocet, saepe tacere nocet.*

haec pauca

*Nobilissimi atque Doctissimi Dn. IO. NICOL.*

RÜCKERI ciuis & commilitonis quoniam  
academicī, amici dilectissimi, differ-  
tationi inaugurali, testandi amoris & sin-  
gularis affectus ergo, gratulabundius ad-  
scripsit

IER. ZANG, J. V. L.

Sereniss. Princep. Landgrau. Hasso-  
Darmstad. in Regim. & Consil. Giessens. Consiliar. & in Com-  
mun. Reuision. seu Supremar. ap-  
pellat. Cur. adfess. ordinarius.



**R**OMA tuum nomen terris fatale regendis  
Pugnaci clarum milite jacta tuum;  
Nomina doctorum jactabunt semper ATHENAE,  
FRANCORVM ecce VADO nil fere clarius  
est!

Jactat

Iactat venales, quas vult extrudere merces

Teutonicus, vel quas integer orbis alit.

Moenialaudantur, domibus decorata superbis,

Moenus, quae eingit ceu leuis annulus est.

Annulus ingenii splendet, quasi arte paratis.

Gemmis, quas laudat martis & artis amor.

Hanc merito patriam laudant Heliconis alumni

RÜCKERI, & cunctos, quos alit atque tulit.

Splendeat in patria felix RÜCKERUS in orbem,

Iustitiae DOCTOR, iustitiaeque decus!

Quod voueo, Summi succrescat NUMINIS inde

Gloria! multa salus fit TIBI! sitque TUUS!

*Ita Praecellenti & Nobilissimo in  
Patria Iurium Praetorio felicissi-  
mo, nunc Doctoralium hono-  
rum Candidato dignissimo, Fau-  
tori suo & Amico certissimo a-  
mica manu & animo adplaudere  
voluit, debuit*

IO. GEORG. LIEBKNECHT,  
SS. Theol. D. & Prof. Extraord.  
nec non Mathem. Ordinarius  
inque Acad. Caesar. & Reg.  
Porussica Collega.

Dum bene pro meritas **ZIBI** præbet Apollo Coro-  
nas,

Gratulor inde **ZIBI**, suntaque fausta precans:  
Adjicat Numen votis hæc commoda dextris,  
Ut cedat ex yoto, quod TUA vota volunt!

His Pre Nobili & Clarissimo Dno  
Candidato, Fautori & Contra-  
raneo suo honoratissimo gratu-  
latur

HENRICUS EHRENFRIED LUTHER  
LL. St.

Die Themis wil dein Haupt Geehrter RÜCKER  
binden/  
Den Doctor. Hut/ die Kron/ um deine Schläffe win-  
den;  
Mich freuet diese Ehr/ die deiner Tugend Pracht/  
Und Rechts Erfahrenheit / nun recht berühmt  
gemacht.

Mit diesen wenigen zeilen hat gegen den  
Herrn Doctordum seine erge-  
benste Pflicht. Schuldigkeit bezue-  
gen wollen

JOHAN HECTOR DÆG.  
S. S. Theol. Stud. Mæno-  
Francof.

---

Errata Typographica emendanda,  
Pag. 12. lin. 8. deleatur & p. 15. l. 6. leg. DCCCCXLV. pag. 28.  
lin. 9. deleatur non.

X2368103

**ULB Halle**  
006 398 723

3



1018



B.I.G.



Pra. 2f. num 15

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

# RATIONIBUS DECIDENDI PARTIBUS ET EARUM ADVOCATIS

NON TEMERE, AUT NON  
INTEGRE COMMUNICANDIS;

QUAM,

CONSENSU ILLUSTRIS ORDINIS JURIDICI,

PRÆSIDE

DN. IMMANUELE WEBERO,  
J<sup>Ct</sup>o, CONSILIA R. HASSO-DARMSTADT.

JUR. PROFESS. PUBL. ORDINARIO, HOC TEMPORE  
FACULTATIS JURID. DECANO,

PRO SUMMIS DOCTORUM IN UTROQUE  
JURE DIGNITATIBUS ET PRIVILEGIIS

RITE CAPESSENDIS

Ad diem XXII. Jul. MDCCXXI.

PUBLICÆ

EXCELL. D<sup>NN</sup>. PROFESSORUM  
CENSURÆ SUBMITTET

JOANNES NICOLAUS RÜCKER,  
MOENO- FRANCOFURTANUS.

GIESSÆ, TYPIS VIDUÆ IO. REINH. VULPII, ACAD. TYP.

